Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">

tua: et diripient edes tue. hec
dicit dnus. Cuius sicut pastor
de ore leonis duo crura aut ex
tremum auricule: sic eruent filij
israhel qui habitant in samaria
in plaga lectuli et in damasci grabato: Audite et testamini in do
mo iacob dicit dnus deus exercituum. quia in die cum visitare ce=
pero scelerum iniquitates israhel super
eum visitabo et super altaria be=
thel: et amputabuntur cornua al=
taris et cadent in terram et per=
cutiam domum hyemalem cum domo
estiuali: et peribunt domus eburnee et dissipabuntur edes multe
dicit dominus:

Audite verbum hoc vaccе
pingues que estis in mon
te samarie: que calumniam facitis egenis: et confrin
gitis pauperes eruc dicitis dnis
vestris: afferte et bibemus: iu=
rauit dnus deus in sancto suo
quia ecce dies venient super vos
et leuabunt vos in contis: et
reliquias vestras in ollis feruen=
tibus. et per aperturas exibit uni
cuique altera contra alteram: et
proiecemini in armon. dicit dnus
Venite ad bethel et impie agi=
te: ad galgala: et multiplicate
iniquitatem. et offerte mane
victimas vestras tribus diebus
decimas vestras. et sacrificate de
fermento laudem: et vocate vo=
luntarias oblationes et annun=
ciate. Sic enim voluistis filij is=
rahel dicit dnus deus: Unde
et ego dedi vobis stuporem de
cunctis urbibus vestris
et indigentiam panis in omnibus
locis vestris. et non estis reuersi
ad me dicit dnus Ego quoque pro=
hibui a vobis imbrem cum adhuc
tres menses superessent usque ad
messem: et pluui super vnam ciuitatem
et super alteram ciuitatem non pluui
pars vna conpluta est: et pars
super quam non pluit arruit. et ueni
ebant due et tres ciuitates ad vnam
ciuitatem ut biberent aquam et non
sunt saciate: et non redistis ad me
dicit dnus. percussi vos in vento
vrente et in aerugine: multitudi
ne ortorum vestrorum et vinearum
vestrarum olueta vestra et ficeta ve=
stra comedit eruca: et non edisti=
stis ad me dicit dnus. emisi in vos
mortem in via egypti: occidi in gla
dio iuuenes vestros usque ad capti=
uitatem equorum vestrorum et asten=
de feci putredinem castrorum ves=
trorum in naribus vestris: et non re
distis ad me dicit dnus: Subuerti
vos sicut subuertit deus sodomam
et gomorram: et facti estis sicut
torris raptus ab incendio: et
non redistis ad me dicit dnus
Eruam igitur hec faciam tibi israhel
Postquam autem hec fecero tibi: p=
para te in occursum dei tui israel
Ecce enim formans montes et
creans ventum et annuncians hom
ini eloquium suum faciens matuti
nam nebulam et gradiens super
excelsa terre: dnus deus exerci
tuum nomen eius

Audite verbum istud: quod
ego tolo super vos plan
ctum. Domus israhel ce=
cidit: et non adiecit ut resur=
gat. Virgo israhel proiecta
est in terram sua: non est qui suscitet